

Rozprawy

do panowania Jana Kazimierza
króla polskiego
odnoszące się

Od Bartynows. za 5 złt.

17 r) S. R. M. Sueciae binae literae, priores ad S. R. M. Christ. et posteriores ad Gen. Ordines foed. Belgii, contra causas expeditionis in Zelandiam contra reg. Daniae. b. m. i r. (k. n. l. 4)

18 s) Resurrectio Poloniae auxilio aquilae. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

19 t) Epistola amici ad amicum de causis renascentium dissidiorum Sueco-Danicorum. Hamburgi 1658. (str. 10)

20 u) Brevis discussio querelarum, quae per regis christ. legatos et internuntios contra augustiss. Imp. Ferdinandum III. propositae sunt. b. m. 1657. (str. 20)

21 v) Labores electorii sive solennia electionis et consecrationis. b. m. 1658. (str. 30)

22 y) S. R. M. Sueciae commissariorum responsum ad literas legatorum electoralium Brandeburgicorum. b. m. 1659. (k. n. l. 24)

23 z) Censura censurae in collegium electorale amicae. b. m. 1658. (str. 44)

24 aa) Biorenklou Math., Memoriale ad eminentiss. sereniss. S. R. I. electores. b. m. 1658. (str. 32)

25 bb) Peyrer Isa. Epistola ad Philotimum, qua exponit rationes propter quas ejuraverit sectam Calvini et librum de Praeadamitis quem ediderat. Francofurti 1658. (str. 36)

26 cc) Retz de Joan. Franc. Paul. de Gondi Omnibus episcopis, presbyteris et universis filiis ecclesiae. b. m. 1660. (str. 28)

27 dd) Animorum in Europa et vicina Asia motus de Suecici belli motu in Polonia. Upsaliae 1656. (str. 75)

28 ee) Gabriis Luc. de. Injustitia armorum Suecicorum in Polonos responsione apologetica ad epist. Cyriaci Thrasymachi ad Andr. Nicanorem data, nec non ad brevem et preliminarem enumerationem causarum, ob quas Carolus Gustavus R. Suec. coactus est Reg. Pol. bello adoriri. b. m. 1657. (str. 60)

29 ff) Elogium funebre Ser. Caroli Gustavi R. Suec. Gothenburgi in Suecia Februario mense a. 1660 extincti. b. m. i r. (k. n. 14)

30 gg) Epitaphium Regni Daniae agonizantis, eiusque inopinata convalescentia et generosa resurrectio ex tumulo. b. m. 1660. (k. n. l. 4)

31 hh) Homo politicus auctore Pacifico a Lapide. Cosmopoli 1664. (str. 30)

32 ii) Stetget Harip. Conjectio de futuro Romanorum rege promovendo in imperatorem. b. m. 1658. (str. 22)

33 kk) Collegium reliquorum Imp. deputatorum ad Collegium electorale de praesenti statu Imp., imperatore eligendo, scribenda lege, annexis aliis. b. m. 1657. (str. 97)

34 ll) Responsio ad duo scripta Danica, quorum alterum sub

titulo Juris fecialis armatae Daniae, alterum sub nomine Manifesti exiit. Francofurti 1658. (str. 39)

35 *mm)* Epistola equitis Romani de eligendo rege Romanorum b. m. 1658. (str. 16)

36 *nn)* Brevis informatio et demonstratio, quam injuriosis et calumniosis persuasionibus feliciss. record. Imp. quondam Ferdinandum III. ejusq. filium Ser. Hung. et Boh. Reg. Leopoldum ablegatus Reg. Suec. coram electoribus et statibus imperii emisso in publ. libello accusatorio ruptae pacis insimulare conatus fuerit. b. m. 1658. (k. n. l. 15)

37 *oo)* Scher Mart. Vota Germaniae intranti Austriam obl. ta Leopoldo. b. m. i r. (k. n. l. 4)

38 *pp)* Biörenklou Math. Memoriale novum in puncto pacis et securitatis publ. quod nomine S. R. M. Sueciae d. 4 Maii a. 1658 exhibitum est S. Rom. Imp. collegio electorali. Francofurti 1658. (str. 7)

39. *rr)* Delirus prodromus in viam reductus. b. m. i r. (str. 8)

Frischmann Johann 40 *ss)* Delirus prodromus. b. m. 1658. (str. 14)

Schultz Peter 41 *tt)* Negeschius Petr. Comparatio inter Claudium Tiberium princ. et Olivarium Cromwellium protectorem. b. m. 1657. (str. 28)

Frischmann Johann 42 *uu)* Classicum belli christiani ad christiani principes orbis adversus christiani nominis hostes Ottomanidas. b. m. 1641. (str. 37)

43, *vv)* Disjectio rejecta sive iterata et constans querelarum Gallicarum discussio. b. m. i r. (str. 22)

Frischmann Johann 44, *yy)* Responsum ad nuperam illam admonitionem Gallo juxta ac Germanico stilo adversus sanctius Christianiss. regis consilium publicatam ex causa Mardici Anglis belli contra regem catholicum sociis cessi. b. m. 1658. (str. 32) sk. 5. —

Exp. dobrze zachowany tego zbioru pism ulotnych do panowania Jana Kazimierza odnoszących się. Oprawa z wyciskami i klamrami.

1773. Pękalski Petr. De Petri militis per S. Stanislaum epi. Crac. resuscitatione. Cracoviae 1826. 8vo (k. n. 2, str. 23) br. —

1774. Peterek Jan. Wykład systematyczny zarazy bydlęcéj, prz J. N. Kurowski. Warszawa 1833. 8vo (str. 108, tabl. br. —

1775. Petricius Joan. Innoc. Historia rerum in Polonia gestarum anno 1620. Cracoviae b. r. 4to (k. n. 3, str. 77)
b) Princeps Polonus. Cracoviae 1633. (str. 109) psk. 10. —

1776. — Palaestra oratoria sive Imitatio Ciceronis. Cracoviae 162 4to (k. n. 50) br. 3. —

1777. Piasecki Fel. Wróżka, dramat. Kraków 1861. 8vo (str. 3 br. —

1778. — Jac. Mythologia Aeneidum P. Virgilii Maronis. Cracoviae 1635. 4to (k. n. 8) br. — 5

1754. Paradoxa koronne publica i privatim potrzebne szlachcicowi polskiemu, napisane r. 1603. Kraków 1853. 8vo (str. XXI k. n. 1, str. 152, k. n. 2) br. — 25

1755. Paritius Christ. Frid. Commentatio brevis ex historia literaria de quibusdam Silesiis eruditis in Polonia muneribus functis. Cracoviae 1816. 4to (str. 24) br. — 40

1756. Parkossius Jac. Antiquissimus de orthographia polonica libellus. Posnaniae 1830. 12mo (str. 99) br. — 50

1757. Parthenay v. A. Geschichte von Pohlen unter der Regierung August II. Mietau 1772. 8vo 2 Ty (I. str. XIV i 508; II. str. 640) p. 2. —

1758. — Histoire de Pologne sous le regne d'Auguste II. La Haye 1733. 8vo 2 Ty (I. str. XXIV i 256; II. str. X i 256) 2. —

1759. Paschacy Andr. Sig. Plausus laetitiae publicae ad triumphalem post victorias reditum serenis. ac invictis. princ. Joannis III. reg. Polon. etc. expressus. Cracoviae 1683. fol. (k. n. 14) br. — 50

1760. Pasternak K. F. Wielki świat małego miasteczka. Wilno 1832. 8vo T. II. (str. 214) br. — 25

1761. Pastorius Joach. Bellum scythico cosacicum etc. Dantisci 1652. 4to (k. n. 8, str. 269, k. n. 1) p. 7. —

1762. — Florus Polonicus, seu Polonicae Historiae epitome nova. Lugd. Batavor. 1641. 16mo (str. 215, k. n. 16) br. 1. —
Brak tytułu, dedykacyi i przedmowy kart 7.

1763. — dtto. Gedani et Francoforti 1679. 16mo (k. n. 22, str. 851, k. n. 20) psk. 2. —

1764. Paszkowski Franc. Mowa miana przy założeniu podstawy mogiły na pomnik Tadeuszowi Kościuszce 1820 r. Kraków b. r. 8vo (str. 12) br. — 25

1765. Paterkula K. Welleja Historia. Warszawa 1830. 8vo (k. n. 1, str. 276) psk. — 50

1766. Pauli Żeg. Pamiętniki do życia i sprawy Samuela i Krzysztofa Zborowskich. Lwów 1846. 8vo (str. XI i 215) br. 1. —

1767. — Pamiętniki o wyprawie chocimskiéj, z rękopismów i druków mniéj znanych. Kraków 1853. 8vo (str. XI i 184, k. n. 1) br. 1. —

1772. Pax Polono-Svecica, per deputatos ad id sereniss. ac potentiss. princip. Poloniae, Sveciae Regum legatos conecta Olivae 1660. 4to (str. 22)

2. b) Pax Germano-Svecica etc. Viennae 1648. (str. 84)

3. c) Wolphius Joh. Pannonia perrorata panegyrice. b. m. 1652. (k. n. l. 10)

4. d) Rewa de Petr. De sacra corona Regni Hungariae. Viennae 1652. (str. 96)

5. e) Copia literarum cujusdem magnae dignationis Poloni Dn. Przimsky ad fratrem suum Dn. Christ. Przimsky Casll. Culm., in quibus amore patriae suae ductus explicat, quid sentiat de tractatu Polonorum cum Austriacis. Cusini 1657. (str. 11)

6. f) Biörenklou Mat. Memoriale iteratum in puncto pacis et securitatis publicae. Francofurti 1658. (str. 12)

7 g) Statera veritatis ad quam responsum Gallicum. b. m. 1658. (str. 27)

Frischmañ Johañ 8 h) Statera veritatem transgressa subversa. b. m. 1658. (str. 19)

9 i) Circa pacem religiosam ficta veraque propositio in Epist. ad D. Baronem. b. m. 1661. (k. n. l. 10)

10 k) Querelae universi cleri in Majori Polonia et Dioec. Posnan. super barbara Austriaci militis insolentia, in Ord. Eccl. et Christ. patrimonium exercita. Posnaniae 165. (str. 4)

11 l) Olszowski Andr. Expositiones coram eminentis. D. Elect. Moguntin. b. m. 1658. (k. n. l. 2)

12 m) Olszowski Andr. Memoriale nomine S. R. M. Poloniae et Suec. ad S. E. Illustr. S. R. Imp. Electores, Principes et Ordines. b. m. 1658. (str. 4)

Frischmañ Johann 13. n) Moguntini labores electorales, praevii et electorii. b. m. 1657. (str. 45)

14. o) Grandmont Ant. et H. de Lionne Memorialia bina, primum ad deputationem statuum ord., posterius ad collegium elect. directa. Francofurti 1658. (str. 15)

15 p) Disjectio brevis illius Gallicarum querelarum discussionis. b. m. 1658. (str. 16)

16. q) Pacificatio Ratisbonensis inter S. C. Maj. et Regem Franciae. b. m. i r. (k. n. l. 8)

niss. ac poen-
gatos conjecta

(str. 84)
gyrice. b. m.

i Hungariae.

is Poloni in.
nsky Castell.
explicat, quid
cis. Custini

icto pacis et
)

licum. b. m.

o. m. 163.

io in Epi.

Dioec. P-
tia, in O.
niae 165.

is. D. Elec.

M. Polonia
, Principe.

lectorii.

bina, pr
l collegium

discussio

et Regem

EPITAPHIVM

REGNI DANIAE AGONIZANTIS

eiusque

INOPINATA CONVALESCENTIA

Et

GENEROSA RESVRRECTIO

E

TUMULO

M. DC, LX.



[T]VMVLVS DANIÆ

à Suecico quodam Aſſecla confictus
ANNO 1658.

Adſta, Viator, Paululum,
Invenies hic de miſeranda miſeranda:
Noſtinè Daniam?
Q[uæ] Manium ſuorum Conſilia, deſtinata, Cœpta,
(quos vel pecunia, vel promiſſa munia
excœcarânt, de ſana mente deturbarant)
ſequuta,
Contra Suecum tumultuata,
Hic à ſeipſa tumulata eſt.
Periculum amavit, affectavit,
in periculo periit.
O lachrymanda Dania!
Cur Gedanenſium fictis, dictis,
quorum ductu ſeducta:
Cur Polonorum emendicatis, ementitis viribus,
quorum perſuaſu in Campum educta:
Cur Auſtriacorum promiſſis, omiſſis,
q[uo]rum cauſâ in extremam perniciem jam deducta es:
tàm facilis credidiſti, fidem dediſti?
Qui facilis credit, facilis quoque fallitur idem.
Tene latuit
horum, iſtorum, illorum,
invidum, infidum ingenium?
Exitium tuum vident, irrident:
Miſerere quæſo, Viator, Caſuum Daniæ,
quæ alterius miſerata miſeriam
ſeipſam reddidit miſeram.
Gladium à Poloni jugulo avertit,
& in ſuum ipſius jugulum infauſtè convertit:
Poloniam liberavit à præcipitio,
ut ſeipſam præcipitaret,

 Morbus

Morbus itaque primarius,
quò laboravit Dania,
fuit ſuorum ſana inſania.
Sed Dania fortaſſe medelam paſſa fuiſſet,
niſi Morbus
Medicorum (quorundam belli Ducum)
incuria, an dicam inertia?
invaluiſſet.
Acceſſit deindè animi deliquium.
Dania enim
Quæ primum Sûecicæ potentiæ inſultaverat, illuſerat,
poſtmodum in calce cor geſſit,
fugam dedit
Donec tandem terror quaſi Panicus
Daniæ protinus ademit vitam.
Mirum percipite prodigium.
Deus Sueco gratificaturus
Pontem ſtruxit ſuper Pontum,
non de lapide, ſed de glacie,
quò demonſtraret
ſe ſummum eſſe Pontificem.
Poſt mortem hunc accepit Tumulum;
Dania miſera,
Opibus ſpoliata,
Membris mutilata.
Morte tamen in media invenit pacem,
quam viva repudiavit,
Tu Viator illi
de adepta quiete gratulare,
& precare
ne his, iſtis, illis idem eveniat.
Ipſi enim,
Qui vivam Daniam non habebant metuendam,
mortuam jam habent formidandam.

RE-

RESVRRECTIO DANIÆ

Tumulo Suecico opposita
ANNO 1659. & 60.

Quisquis es mortalium,
qui rerum humanarum vices, & fortunæ ludentis aleam
contemplaris,
Specta Daniam:
Invenies in misera dictu mira,
Hæc
exanimata cùm esset, repente extitit animosa:
jam sepulta videbatur, cum injurias suas mascule ulta est,
è *Tumulo* suo rediviva, se ipsa major,
ceu Phœnix alter è cineribus suis,
non sine triumpho, exiit.
Morbus, quo laboravit Dania,
non suorum *Insania*,
sed *Svecicus furor* fuit:
malum vicinum, non domesticum.
Invaserat primò hæc pestis Poloniam,
sed ab eadem *acri helleboro* expulsa est.
Postea contactu infecit Daniam.
Accessit *hydrops Sudermannicus*,
cujus *Tumor Tabem* Daniæ attulit:
omnia exhauriens, ipse inexplebilis.
Quid inde!
Dania casu, non virtute, superata,
sævitia hostili enecta,
diem suum, non supremum tamen, obijt.
Ultima quidem *fata* Daniæ *fatuus* quidam *Vates* cecinerat;
verum superi *fatis* illis *remoram* dedêre
Hanc ut amoveret Svecus, nullum non lapidem movit.
Tumulum tumultuario paravit, Daniam etiamnum
superstitem sepulturus;
ignarus interea, Daniam *Vespillonibus* suis fatalem fore
Tumulum.
Scilicet hoc pacto Dania *funus* facta est.
Iam conclamatum:
Præsto est *Præfica*,

ficto ululatu, planctu Crocodylino,
adversos Daniæ casus deplorans.
Cæterum,
ut exequiæ rite peragerentur,
en! illos de Suecia *gentium Libitinarios*,
cum immenso *Pollinctorum* & *Siticinum* grege,
nec non *Vstore* ob præstantem artis usum famosissimo,
cui per excellentiam *Incendiarii* nomen inditum.
Hi omnes Euro ocyus ex Holsatia regressi
in viscera Daniæ involant,
non secus ac in cadaver Vultures solent:
Unguentis instructi efficacissimis,
Pice, Resina, Sulphure.
Postquam *Designator* per universos munia diviserat,
gnaviter illi manus operi admovent,
jam tum circa *præcordia*, ipsamque *vitæ sedem* occupati.
Sensit Dania strepitum;
ex alto veluti sopore excita,
novaque specie perculsa:
Ornamenta detrahi sibi videns, secum ait:
Hoc vero non pollinctura, sed rapina est.
Insurgit in *spoliatores* suos *spoliata*,
viresque à virtute mutuatur.
Genus hoc *fugacissimum* non minus, quam *furacissimum*,
non secus ac si *larvatum*, *attonitum*vè esset,
latebris suis irruit:
Pessime plerisque cessit hæc trepidatio
quibusdam enim penetrans *splendor*, quem *Phosphorum* vulgo vocant,
ita præstrinxit *lumina*, ut vitale *lumen* amitterent:
alios multo anhelitu fessos *angustia pectoris* afflixit:
pars currendi velocitate prolapsi, luxatis tibijs brachijsque
usum pedum amisere.
plurimi vero diuturnam contraxere *Capitis gravedinem*,
quam præterita demum hyeme *Pillularum Hafniensium larga dosis discussit.*
Magnum nunc accipe prodigium,
sed risum tene.
Sors propitia Daniæ gratificatura
in *Ponti* progeniem, *Ponti* fratrem,

qui

qui per *Pontum* nuper *Ponte glaciali* incesserat:
in *lubrico* à fortuna positus, sed incautus;
missum è *Pontone* fulmen direxit,
ipsumque *Pontificalibus* mulctavit
Perijt hoc ictu miser:
castratus non propter *Regnum Dei*, sed propter *Regnum Daniæ*:
fatis ita providentibus, ne *noxia radix* pejorem *noxam* ederet.
Arsit deinde *Rogus* in Amagria.
Si nomen & ingenium loci requiris,
paucis habe.
Insula est exigua, Hafniæ contigua:
præter fertilitatem soli *leporibus* fecunda,
ideoque *Dianæ* sacra.
Hanc Sueci temere ingressi, ut *rogum equestri Decursione*
cohonestarent,
incertum, quo numinis afflatu,
mira certè metamorphosi,
in *Lepores* mutantur;
non *leporina* quidem *pelle*, sed *fugacitate* ridiculi.
Vidisses sanè *lepidos* tot *lepusculorum saltus*
qui ira *Divæ curam loci agentis*,
Velut olim *Actæon*,
repentè transformati protterviæ suæ pœnas dederunt.
Quapropter
à Venatoribus Danicis circumventi fugam capessunt:
Optimus quisque lepus celeritate pedum elabitur;
Plebs reliqua,
& quæcunque minor *mobilitate* fera est,
capitur, conficitur, mactatur.
Vidit Suecus *exequias* invito numine à se *peractas*:
vidit Daniam non *expirantem*, sed *respirantem*:
non laceratam, sed membris coalescentem:
quippe pulcherrimis Ditionibus,
Nidrosia, Fionia, Boringia,
post expiatam *Sueciam rabiem*,
magna hostium strage,
Daniæ autem perenni decore,
pristino Imperio redditis.
Proinde in luctum mœroremque versus,
scelerum

ſcelerum conſcientia exagitatus,
infeſtos ſibi jam *patitur Manes.*
I, *Præfica*, tuumque ipſi Carmen occine.
Tu verò,
quisquis es, qui *Tumulum* deſtinaſti,
Anticyras naviga cum tua hac *Inſania*,
nè
dùm Orbis ſuffragiô Dania ab hoc *Tumulo* ſe vindicat
Tu Mulus interim audias,
non *Marianus*, *ſed *Suecicus*
hoc eſt, fœdum alienæ libidinis mancipium,

**Muli Mariani dicebantur Marii milites, ap: Plut: in V. ejuſd.*

CENTO
IN
EQUOS. REGIS. SUECIÆ.
EX
EQUILI FRIDRICHBURGICO.
MANIPULO. DANORUM.
HEROICUM IN MOREM.
IN.
SUEDICÆ. VIGILANTIÆ.
MAXIMUM. OPPROBRIUM.
ABDUCTOS.
die. XII. Decembris. M. DC. LIX.

Ut jugulent homines ſurgunt de nocte latrones;
Vt fiant Equites, Danica gens vigil eſt.
Invadunt ſtabulum ſomno, Zytheque ſepultum,
Et fit Eques ſubito, qui pedes ante fuit.
Seſſores mirantur equi ſub nocte ſilenti?
Sed Superi felix hoc iter eſſe jubent.
Quid moror? adventant in equis propè Suecica caſtra!
Atque intrant portas, Hafnia clauſa, tuas.
Sic David *Saulo calicem furatur, & haſtam?*
Sic ignem ex cœlis abſtulit Ille Iovi.
Scilicet haud unum feciſti, Suecia, furtum.
Hinc venit ex merito pœna dolenda tibi.
Quid juvat ablatis ſtabulum reparare caballis?
Quid juvat amiſſo claudere ſepta grege?
Sic ſtetit, & movit quondam cornicula riſum,
Furtivas pennas cum Volucres peterent.
Signa te, ſigna, temerè te tangis, & angis,
Suece? Vices rerum diſcere diſce, precor.
Tandem etiam victis redit in præcordia virtus;
Et redit ad Danos gloria priſca meos.
Et dolus, & Virtus rediit. Diſcedite Sueci:
Qui vos perdiderit, non niſi Danus erit,

FINIS.

1. Pax Pax polono-suecica Olivae d. 3 Maja 1660
2 Pax Germano-suecica Monasterii Westphalor. 24 8bris 1648.
3 Pannonia Coronata etc. p. Joh: Wolff 1652
4 De sacra corona regni Hungariae ortu etc. Petri de Reva 1652



